


11. Jan 1921

re. & Corpus  
ins, chm.  
Evangel.  
In folio EDIP.  
com. Eprouv.  
done le que  
re. & com.  
com.

27 Sabl.



~~Deutsche Schriftsteller~~

10 / 15.0.15.

50  
50

Eisengussbrunnen  
einer nicht fest.  
guter Kün

E. XVI. L3

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

# PANDECTÆ

IVS DIVINVM & HUMANVM,  
in Eruditæ Virtutis ac meritorum Areopago,

## PANDENTES,

in Solennem Adorem,

## MAGNO NOMINI ET HONORI;

Perillustri, Clarissimi & Admodum Reverendi Domini,  
D.M. ADALBERTI JOSEPHI

## JODŁOWSKI,

I.V. Licentiati ac Professoris, Clarissimorum DD. Iureconsultorum  
Collegar, Ecclesiarum; Collegiatæ SS. Omnia Cracov: Custodis,  
Igołomiensis ac Dziekanowicensis Curati;

DVM  
In ALMA UNIVERSITATE, STUDI GENERALIS CRACOVIENSIS;

A  
Magnifico, Perillustri & Reverendissimo Domino,

## D. M. ANDREA KRVPECKI,

I.V. Doctore ac Professore, Ecclesiarum; Cathedralis Cracoviensis Canonico, Premykoviensis & in Niegardow Curato, Contubernij Philosophorum & Roszczeviano Provisore, Canonizationis B. IOANNIS CANTII Procuratore, ejusdem Studij Almæ Universitatis Cracoviensis Procancellario, & Generali ac Vigilantissimo RECTORE;

IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR,

RITV SOLENNI,

in ECCLESIA COLLEGIATA SS. OO. CRACOV:

CREARETVR ac RENVNTIARETVR:

APPLAVSV GRATVLATORIO,

M. STANISLAO ŹRZODLINSKI,

Philosophia Doctore ac Professore, Collega Minore; Ecclesiastici Collegiatarū; S. MICHAELIS in Arce Crac: & SS. OO. Canonico, Curato Gospodynienski, Notario Apostolico,

## PRÆSENTATÆ.

Anno Conditis Legem Gratiz, Dei Hominis 1712. die Martis 1. Martij.

CRACOVIA. L. J. IOANNIS DOMANSKI. P. M. Typographi.

# PANDECTÆ IVS DIVINVM ET HUMANVM, P A N D E N T E S.



Esinat antiquitas, elato jactantiae digito,  
stupenda monstrare miracula.

Hoc ipsum miraculum est, miracula cessare:  
& grande ostentum est, amplius illa non ostendi.  
Subtilis operosaq; Priscorum solertia,  
per sua arcana & sumptuosa inventa,  
Hoc invenit; ut cum artificibus periret.

Pandebat artem, in nucleo, clausa Ilias;  
Sed, cum sic minutam Musam Homeri ostendit,  
& ipsum Clusium fatis prodidit.

Myrmecidis navis,  
intra pinnas apiculæ, occultata;  
ob nimiam subtilitatem,  
a rabie, furentis Noti raptæ, disperiit.  
Thebas testudine clausas, Thebis non invenies.

Cælum crystallinum, Persici Monarchæ,  
dum simiam, cæli veri, agit;  
ipso suo motu, pandit terminum, ad lapsum.  
Solidi quidem Cosrois cæli apparenter videbantur,

Fluidi tamen, re ipsa fuere,  
qui tam citò, cum tempore, defluxere.

Ita, quia superbè, per vitrum se pandebant;

Fata ad occultandum provocârunt.

Sic, cum humana Divinis comparantur,  
& analogiam & sui naturam amittunt.

Felicius sua miracula pandit,

DIVA THEMIS,

ex quo tellus cœpta coli, nonne paradoxum est,  
ab una Diva orbem regi & servari?

Modicum fuit mirabili Imperatrici,

Pandere veteri orbi & dare iura;

Novum inventum, Legibus erudit,  
moribus excolit, virtutibus ordinat.

O ingenium Divæ admirandum!  
ex hominibus Deos format.

*Nempe justi Principes Divi sunt;  
quibus illa roseo ore enuntiat:  
Vos Dij estis & Filij excelsi omnes.  
Cùm verò omnibus gentibus se pandit in Pandectis;  
digerit in Digestis;*

*Tibi Primane Sponse,*

*Perillustris, Clarissime & Admodum Reverende Domine,  
M. ADALBERTE IOSEPHE  
JODŁOWSKI,*

*V.I Licentiate ac Professor Eximie.  
in Codice, non modicè, in Novellis, non novellè, sed pridem.  
Tandem in Canonica & Civili veritate,  
totum Sacrarium cordis, pandit.*

*Nec sit eruditæ Fronti Tuæ Vtriusq; Iuris Lauream,  
in perennem Magni Nominis adorem;  
quia illam tot sudoribus meruisti.*

*His, quibus, totus bene vertitur Orbis,*

*Tuæ magnitudo gloriæ crevit,*

*Vsq; ad augem Doctoralis Honoris,  
cujus trabeata luce, doctis, Academi Cracij,  
effulsi, Clarissimus in umbris.*

*ceu roseo, dum Phœbus è cubili surgens  
crinemq; repexens, prima vibratis radiis,  
Aurea Mundo lumina fundit.*

*Supposuere Dij primò nascenti crescentiæ  
eruditæ Virtuti Tuæ,  
Adamantinam basim,  
dum.*

*Natales Tuos insignes,  
hae in Vrbium & sapientiæ Sede Regia,  
favore propitio dextroq; Sidere coronârunt,*

*Indolem generosam,*

*Ad majora quæq; altiora & laudabilia natam,  
raris animi bonis Ingenijq; dotibus exornârunt,  
in omne bonum ac virtutis amorem,  
in Sanctioru Afræa cultum,  
pronam promptamq; mentem dederunt.*

*Duxerunt Te statim à teneris, florida Majorum vestigia,*

*ad sublime culmen virtutis & gloriæ.*

*Primos artibus ingenuis annos impendens  
cumq; bene didicisti, doctâ proludere arenâ,  
in acie Palladis Iagellonicæ,  
Philosophica redimitus tempora Lauro,  
Stagyriticus Olympionices,*

*Quia non uni Angulo natus;  
ideo ad Ecclesiastici Iuris Areopagum,  
Consistorium Generale Cracoviense,  
Te propensiōri animo, contulisti;  
ad aram Divæ Themidos, promendis illius oraculis,  
floreū etatis, vigorem igneum, masculi robur animi, consecrasti.  
Advertit in Te ac dilexit protinus,  
optimæ & Iuris Vtriusq; capacissimæ propositum mentis,  
Magnus olim Iustitiæ Mystes & Arbiter,*

*Illustrissimus & Reverendissimus,*

# **NICOLAVS OBORSKI,**

*Làodicensis Antistes,*

*Suffraganeus Cracoviensis,*

*ideoq; magna de Te spondens, præsago spiritu,  
traxit Te in odorem suavissimum Liliorum,  
inter quæ, Te familiarem, niveo Gratiarum lacte pavit,  
Mansuetudine, candore, & innocence itiâ*

*Agni formam indutum.*

*Sic debueras primùm in luce publica,*

*Iudice tanto Consoq; probari,  
quò gloriosior, felicior, & major evaderes,  
in culmen honorum Iurisprudentiæ.*

*Post fervida Iagelloneo in Peripato certamina,*

*Secundâ coronatus Laureâ,*

*ad altiora Scientiarum fastigia eruditæq; Virtutis culmina;  
Gentilitiâ viam signante Soleâ monstranteq; sagittâ,  
in sublime ferri debere, subtilicris acumen ingenij;  
cùm plurima in Olympiis Stoæ, indolis igneæ mentisq; doctæ,  
laudatissima ederes specimina,*

*generosioris animi, stimulis actus, non moras traxisti inertes,  
in Pantheon Iuris, Astræa vocante,*

*continuato passu regressus; continuo*

*Pandectas, Digesta, Decretales, Volumina Legum,*

*Codices Sacrosq; Canones,*

*tantò diligentius revolvens, penetrasti,  
quantò horum capacior Spiritus, majori inflammaretur*

*Amore Iurisprudentiæ.*

*Quam*

Quàm primùm extulerat altiùs, erudità Virtus;  
eximia decora, Animi Tui, eleganti morum  
temperie, cultissimi, suavi affabilitatis illicio,  
Omnium affectus, ad se trahentis;  
protinus hæc amplius & ulterius extensa,  
præcinxit dulci Gratiarum vinculo nexuq; strinxit amoris,

Tiarato lumine, ambiens Faschia,

*Illusterrimi olim & Reverendissimi Domini,*

## **STANISLAI à Sbaski.**

S. R. I. Principis, Varmiensis & Sambiensis, primò & pro-  
tunc Episcopi Premysliensis,

Qui, Te, in Curiam suam, vocatum, magni æstimaverat,  
cùm adverteret, oculatissimus morum Legumq; Argus,  
in TE,

Singularem Juris Divini Humaniq; scientiam,  
in rebus agendis, prudentiam & dexteritatem,

Publicis Te admoverat Officiis ac Iudiciis,  
quibus gloriose functus,

Dioecesis illius, bonum honestumq; auxisti  
& felici, tot Curarum Curiæ expeditione,

gradum Tibi altiore, ad Principū amores & Honores, struxisti.

Nempe reducem, in Craciæ Sacraria Themidos,

Principalis Rosarum Purpuræ Fulgor  
& suavissimus odor circumfundens,

Serenavit, recreavit Teq; altiori honore, fecit eminere,  
Singularibus Gratijs, Magnus Tui Mœcenas ac totius  
Almæ Vniversitatis Cracoviensis,

## **CELSISSIMVS PRINCEPS.**

*Illusterrimus ac Reverendissimus Dominus,*

## **STANISLAVS**

à Słupow

## **SZEMBEK,**

ARCHIEPISCOPVS GNESNENSIS,

LEGATVS NATVS,

Regni Poloniæ & M. D. L. Primas Primusq;  
Princeps, Archiabbatæ Tynecensis, Perpetuus

ADMINISTRATOR,

Protunc, suppar Atlas, Sanctiori cælo, istius Dioecesis, iustitando.  
Arbitro Summo placuere isti, Pandectæ;  
In Tuo eruditæ Virtutis Areopago,  
Ius Omne, Divinum Humanumq;  
**Cornucopiæ Legum, Canonum, Decretorum, pandentes;**  
ideoq; primum & maximum, autoritate sua,  
in Te, Sacris ornando honoribus, addidit momentum,  
dum, omne ferens punctum,  
Sub auspiciis, Gratiae, Ipsijs, Te promoventis,  
**Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium,**  
Canonicus installareris.

Doctæ præmia frontis, conferendo Pallas Iagellonica,  
Ad Collegium Minus Vocato;  
Viam pandentibus Superis, ad altiores,  
**ex Pandectis, Iuris Divini Humaniq; Honores,**  
majorum meritorum, ampliorem campum aperuerat,  
in quo protinus, Herculeo laborum passu,  
Vsq; ad palmare decus, excurristi.

**ARTISTICÆ FACULTATIS DECANVS,**  
plaudentibus eruditæ Virtuti Tuæ, etiam illis,  
qui, Epidaurio serpente, acutius inspexerant;  
heroicos in Stagiritica Palæstra conatus  
& laudabiles in Statione Academica actus.

Ita Virtus erudita, in arduo Literarum vertice,  
probatissima ac eminentissima,  
oculos animosq; omnium, in se convertit,  
**Ceu lumen Numenq; Phoebi fronde trahens,**  
in Parnasso spectatissima Laurus.

Nimirum firmiorem in Te fixerat pupillam,  
Alma bonarum doctarumq; Parens mentium,  
**VNIVERSITAS CRACOVIENSIS,**  
cumq; deprehendisset, in Tui cultissimi animi,  
Secretiori Archivo,

Omnem Iurisprudentiæ apparatum,  
non aliâs, justiùs & meliùs, Tuos coronatura labores,  
**Clarissimorum Iureconsultorum Coronæ,**  
Te pretiis internis luceq; Sapientiæ nitentem,  
inseruit gemmam,  
atq; dum adverteret, Te ad majora & altiora,  
promptiori animo ferri; & sponte  
commodis & usibus publicis, sese devoventem,  
& nondum comparandæ majori gloriæ, ponentem metas;  
nondum satis reputantem, sed plus ultra mereri

& per contragola ire conantem,  
æmulis in ardua succensum ignibus, mentis heroæ;  
*Esse ita in virtute, multis ascensum, ut is, gloriâ, maxime excellat,*  
*qui virtute, plurimum præstít.*

COLONIÆ POSNANIENSIS regimen commiserat,

Electo, Digno, Generalis Megapolèos Scholæ,

ATHENÆI LVBRANSCIANI DIRECTORI;

Illi sparthæ, cùm præcesses, quantum profuisti,  
Vigili prudentiq; moderamine, felici dexteritate agendi;  
loquitur adusq; centenis vocibus, fama publica.

Testis adest, Lux Sacra, declarat & monstrat,

Annuæ Solennitatis,

MAGNI POLONIÆ & ACADEMIÆ PATRONI,

B. IOANNIS CANTII;

Tuâ sollicitâ curâ, diligentî opera & sumptu impenso,  
Ex Ecclesia Collegiata, B. Mariæ Virginis, in Summo,

ad Basilicam, Cathedram Posnaniensem,  
translatæ; quam, cum Indulgentiis Romanis,

quotannis celebrandam,

*Illustriſſimi olim & Reverendissimi Domini,*

NICOLAI SWIĘCICKI,

EPISCOPI POSNANIENSIS,

Totiusq; Peraugsti Capituli Illius, faventibus Gratiis,  
in præstito consensu & Facultate,

Gratiissimo Divi Patriarchæ Nominî & Honori Sacro,  
æternâ memoriâ, consignâsti.

Auxere Nominis decus, illis omnibus longè latèq; patentibus in oris,

MAIORIS POLONIÆ,

& famam vocalem, extendere amplius continuò,  
multa hoc in munere, præclarè & laudabiliter gesta;

ad quæ, Te excitaverat,

heroicis virtutum passibus, antecedens

& viam monstrans Olympo,

tot exemplis meritorum & factis, Auro Cedroq; notandis;

*Perillustris olim & Reverendissimus Dominus,*

IOANNES CASIMIRVS  
S O B I N S K I ,

SACRÆ THEOL. DOCTOR, CANONIVS CATHEDRAL. POSNANIEN:

Avunculus Tuus, seculorum memoriâ dignus;

quia sanctior, pro Domo Dei Hector;

pectus munitus, triplici robore:

Wlah

FIDEI, SPEI, CHARITATIS;  
cūm Zelum, orthodoxæ Religionis & lucem veritatis,  
cæxientis Hæreséos, hostili potentiaæ opponeret,  
Animam Divino cultui Sacram, posuit;  
pro Nomine, Honore, Gloria, Immunitatibus Ecclesiæ  
& pro Aris occumbens;  
Vel ideo felix ac ter quaterq; beatus;  
quia mereri potuit, Lauream Martyrii.  
Dotes præstantissimas, Animi Ingeniiq; nobilioris,  
quibus, illam, exornaveras continuo spartham,  
Actus heroicos, miram & raram felicitatem,  
ad amissim, ardua quævis negotia, dextrè beneq; expediendi,  
ordinate cuncta & circumspecte disponendi;  
*ut nunquam vota, eventus falleret.*

Altum æstimaverat & magnis commendaratur præconiis,  
Lydius in illa Palæstra, gloriæ Tuæ Lapis,  
Perillustris olim & Reverendissimus Dominus,

## NICOLAVS ZALASZOWSKI

V. I. Doctor, Actualis quondam, in Universitate Cracoviensi,  
Professor, Archidiaconus Cathedralis Posnaniensis;  
Vir omni laude ac titulis major;  
cujus, Nomen, æviternæ posteri seculi memorizæ,  
plaudente metro, impressisti encomiastes:  
Gratulatorium epos, Doctissimo pangens Authori,  
dum Editione prima, Ius Regni Poloniæ,  
Luci publicæ, alter Baldus, communicaret;  
Celeberrimus hic, in statu Iuridico, Irenarcha;  
Te, quanto complectebatur amore, prosequebatur honore,  
sunt, qui melius referant & fidem cum stupore evincant.  
Expleto Quadriennio, in promovendo Bono Literarū publico,  
exemplo & palmaribus insistens vestigiis,  
Meritissimi, in Peraugusto Capitulo Posnaniensi, Avunculi sui,  
Variis, tam privatim, quam publicè, functus officiis;  
redux tandem, ad Coronatum Sapientiæ Fontem,  
Olympia nova, post lustrum exactum, decurrere cœpisti,  
tendens ad metam, Laureati Honoris,  
per asperos calles, continui meriti & laboris.  
*Ita magnanimos, non decet, ex facilis lecta corona jugo.*  
Vlterioribus experimentis, in Regio Areopago,  
Diva Themis, ut numeros omnes & punctum omne,

in

in Te absolveret, publicis intulit Cathedris;  
ut in his, Ius Divinum & Humanum, Ius Canonicū panderes,  
ipsis, Honori Nominisq; Tuo, plaudentibus Pandectis;  
Solido Tibi Iuridicum Decus, sanctor̄ Astræa, cōposuit nexu,  
in luce Doctorum publica.

Ita Ius omne evolutum mentisq; arcano consignatum,  
cui usui, publico maximè necessarium, commodares,  
in Iudiciis ASSESSOR,  
SVPREMI CAVSARVM ARBITRI,  
MAGNI ANTISTITES;

ad Consilia Iuris vocato, multa in perplexis negotiis cōmisere,  
multa prudentiæ Tuæ & alto judicio credita;  
cū determinares, Iuris & æqui sententiis, approbavere.  
Maximè tandem eminere fecit, revelando Tuam

profuturam Ecclesiæ, Iuris scientiam,  
Intelligentissimus & Fulgentissimus Tiāratus Sol Dioecesis hujus,

**CELSISSIMVS PRINCEPS,**  
*Illustrissimus & Reverendissimus Dominus,*

**CASIMIRVS**  
a LVBNIA

**LBVBIENSKI,**

EPISCOPVS CRACOVIENSIS, DVX SEVERIÆ,  
IAGELLONICÆ VNUERSITATIS, CANCELLARIUS  
FAVENTISSIMVS.

Qui, Te, dignum, inter subfelta Sacra censuit,  
audiri ex voto, æstimari ex sententia:  
ostendit pretium Tui & elogium omne, in statera,  
Summi Iudicij. Principalibus Præfulis Tanti,  
Foveri censeriq; Gratiis,

ad altiores destinari Ecclesiasticos Honores,  
Tua sit maxima laus, panegyris, æstimatio.

Illustrat & Serenat, hæc Solennia Honoris Tui,  
affusa desuper, aurea luce, Nominis ejusdem,  
meliore sui parte, translatus in ethera;

Qui, in Te Germano Capite, vivit superstes  
& posthumâ præsens adest memoriâ;

*Per illustris olim & Admodum Reverendus Dominus,*  
**S T A N I S L A V S**  
**J O D Ł O W S K I ,**  
V. I. Doctor, Ecclesiarum; Cathedralis Premysliensis Ca-  
nonicus, Collegiatæ Sanctorum Omnim Crac: Cu-  
stos, in Mszana & Kolbuszowa Curatus, S. R. M.  
Secretarius;

Aureus hic ramus,  
fulgidus virtutibus & meritis, in Vinea Christi;  
à Te, pari similiq; gemmis racemo, fatis avulsus,  
& in Terram meliorem, Regionis vivorum,  
Verius ac felicius, quam in Elysios campos, transportatus,  
ut aureos, in beata æternitate fructus proferret:  
quidni modò ingenti laudabilium serie operum,  
flectitur in Coronam, gloriae Tuæ?  
Venit, in auxesim laudis, Nomiini Tu, debitæ;  
majorum continuo coram Deo necens meritorum Coronā,  
SPONSA TVA. ECCLESIA ICOŁOMIENSIS;  
Cujus Tu Praestes, Pastoralem curam gerens,  
quam bene, ut cœpisti, regimen tenere,  
adusq; laudabiliter eidem præs.  
& vigili sollicitudine, multis impensis prodes.  
Decorem Domūs Dei, quam intensè diligis,  
in luce publica, sole meridiante, clarius patet;  
dum ejusdem ædis sacræ, vetustate collabentis  
& iniquiori sorte hominum temporumq; calamitate, deformatæ,  
factus es, ordinatione Divina & ope.  
intus & ab extra, Munificus RESTAURATOR:  
Hinc inferre liceat, in adorem Tui,  
orantes in illo Sancto Loco, per Te renovato,  
ac verè cœlesti investito exornatoq; forma,  
Te Supremum conciliante Numen,  
Sentire suis propitium votis  
& lætis ingeminare vocibus,  
verè felices: In Templo hoc,  
Non procul à Cælo, per Tuas facta, sumus.

Er:

Ergo jam felici omine, fausto pede fatoq; prospero,  
    Illustrem Doctoratūs aggredere Honorem,  
Ascende, Laureatum Iuris Divini Humaniq; Culmen,  
Novam hanc Appiam, Te ducentem, in sublime fastigium,  
    ad Coronam & doct̄e præmia Frontiss;  
    referatam, Præsuleo consignat Pedo;  
*Illustrissimus & Reverendissimus Dominus,*

# M I C H A E L

à Słupow

## S Z E M B E K,

EPISCOPVS PAPHENSIS,

Suffraganeus, Decanus, Vicarius in spiritualibus ac Offi-  
cialis Generalis Cracoviensis,

NOMINATVS EPISCOPVS CHEŁMENSIS, &c:

Qui, Tibi, Roseum, Purpurā Gratiarum, pandit Serenum,  
& in Aurora Honorum accedit meridiem.

Totum etiam flectere cælum, in decus & Coronam Tui,  
religiosis nituntur votis, Sanctiores Vestales:

ignem, quem, continuâ sovent asceticâ vigilantiâ,  
in triumphum, nunc desideriis succendunt majorem,

Coronando IVRIDICA LAVREA,

SVO FLAMINI DIALI.

Assurgit in plausum & ornamen Honori Tuo,  
innumeris, quia OMNIVM SANCTORVM Numinibus,  
SACRVM PANTHEON.

Submitte jam Honori Caput, Cælo dilectum

Supremoq; Numini Sacrum,

quod congestis favoribus & Gratiis novis,

PRÆSTITES DIVI coronant;

in quod verius, quam olim, Rhodiis, nascente Minervâ,

Iovem indulisse perhibent,

Aureum imbreum Charismatum fundunt,

rosas è Paradiso, voluptatis supernæ, Collectas mittunt,  
dant & manibus, lilia plenis,


in Sertum Doctorale.

10

Atq; dum in hoc Sanctiori Arcopago,  
Auspīcibus Divis,  
**PRINCEPS, ORBIS ACADEMICI,**  
Summusq; Laurarum Præses & Arbiter,  
Te Iuris Vtriusq; Doctorem creando, renuntiat;  
atq; Iuridicâ Laureâ coronat,  
inter festivas gratulantium voces & bene precantium;  
Votum minimum Clientale, liceat inserere;  
**PANDECTIS, IVS DIVINVM & HUMANVM,**  
in aplausum Nenini Honoriq; Tu pandentibus.  
*Vt quād dū rotabit, atra Polus ferientq; littora venti;*  
Aurca Honoris Tui ætas vivat,  
Nomenq; in Archivo immortalis gloriæ perennet;  
Quod Cælo ac Æternitati consignatum,  
longa perpetui ducant in secula fasti.  
Tecq; Doctorem Iuris, Astræa,  
terris, per Te redux,  
Pandectis Legumq; Voluminibus,  
inferat ASTRIS.



appa





XVI. 23



624044 Bibliotheca 120006.  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06956

E.XVI.23



624044 Bibliotheca 120006.  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06956

- Lect. 1. Noct. de  
fer. Due Miss. C.  
com. præc. & fer.
- M A J U S.
- 17 17 Sabb: Monicæ Vid. &c. Vesp. de sequ. com.  
Domin. & præced.
- 18 Domin. 5. post Pasch. Erici Reg Mart. dupl.  
9. lect. & com. Domin. CR. Credo dic. Vesp.  
Cap. de sequ. [com. præc. item Domin. &  
S. ent. Virg.
- J U N I U S.
- 19 v. Octava SS. Corporis Chr. In Vesp. com.  
sequ. & S. Silverij P. M.
- 20 vi. Æschili Ep. Mart. dupl. (suit 12. huius)  
9. lect. & com. S. Mart. CR. In Vesp. com.  
sequ.
- 21 Sabb. Ubaldi Ep. Conf. semid. (suit 16. May)
- ¶ in hym mut. CA. Vesp. ut in ordinar.
- 22 Domin: 3. Dedicat. &c. In Vesp. com. Do-  
min. & sequ.
- 23 ii. Extra Crac. Vigilia. Venantij Mart. semid.  
(suit 18. May) 9. lect. & com. Vigil. Due Miss.  
CR. & Viol. Vesp. de sequ. sine camm.
- J U L I U S.
- 6 Domin. s. in. s. post Pent. Octava SS. Apost. In  
Vesp. com. I com. Dom. & sequ.
- 7 iij. Crac. Vena. Venantij Mart. semid. (suit 18. May)  
CR. Vesp. à Cap. à Cap. de sequ. com. præc. Extra  
Crac. Maria Magd. de Paz. Virg. semid. (suit  
25. May) CA. Vesp. ut supra.
- iv. Mariæ Magd. Magd. de Paz. Virg. ferrid.
15. May) M. CA. Vesp. à Cap. ut supra.

20  
SS. Mart